
DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

REGIONIS CALIDÆ IN MORBIS

INDUCENDIS EFFECTIBUS.

DISSERTATIO
INAUGURALIS
DE
REGIONIS CALIDÆ
IN MORBIS INDUCENDIS
EFFECTIBUS;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et

Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JOSEPHUS AVELLINO BARBOZA,

AMERICANUS BRASILIENSIS,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC. :

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.



EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCIL.

Ea videtur esse Naturæ benigna fertilitas, ut singulas terræ partes iis præprimis rebus exornet, quæ ad tuendam incolarum valetudinem atque vitam maximè sint necessariæ, et ut contra domesticos morbos domestica etiam præbeat remedia.

SCHREGERUS.

MAGNANIMO ET OPTIMO VIRO,

PRÆSTANTISSIMO DOMINO,

FRANCISCO AUGUSTINO GOMEZ;

OB INSIGNEM, QUA FULGET, SAPIENTIAM;


OB EXIMIAS, QUIBUS ORNATUR, ANIMI VIRTUTES;

OB MAXIMA ERGA ME BENEFICIA;

MEMORI GRATOQUE ANIMO,

D. O. &

JOSEPHUS AVELLINO BARBOZA.



Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

REGIONIS CALIDÆ IN MORBIS

INDUCENDIS EFFECTIBUS.

ORBIS terrarum incola a Natura destinatus homo sub ardenti non minùs Zona, ac sub gelidissimo Septentrione, sanitatem æquabilem diutissimè conservat. “He reigns,” inquit FERGUSON, “with the lion and the tiger, under the Equatorial heats of the sun, or he associates with the bear and the rein-deer, beyond the polar Circles.” Non ubique ta-

men eâdem corporis firmitate gaudet: in aliis incola, in aliis hospes regionibus. Minùs ægrotant alio sub cœlo homines, sub alio ægritudinibus obruuntur. Quædam in lucem edito amicam ferunt opem climata, alia vix nascentem extinguunt. In quibusdam Scotiæ locis, ait SMITH, id non rarò contingit, ut matres viginti enixæ partus vix duos in vita manentes filios habeant. “The tender plant is produced; but in so cold a soil, and so severe a climate, soon withers and dies. It is not uncommon, I have been frequently told, in the Highlands of Scotland, for a mother who has born twenty children not to have two alive*.”

Si verò quod SMITH de Scotiæ algoris feveritate cum cœli Brasiliensis præstantia a PISONIÈ eleganter descripta comparetur, hanc saluberrimam hominisque naturæ affinem regionem, illam autem humanæ naturæ infestam

homini

* SMITH'S Wealth of Nations, vol. i. p. 120.

homini nonnisi miserum præbere hospitium, in propatulo erit: “ Neque enim solis ardore torretur hæc regio, neque squalore vel aquarum penuriâ, neque frigore extinguitur; sed rore perpetuo, imbribusque multis, ac fontibus irrigatur: unde et feracissimam esse, et multa illic tempestivè nasci, oportet. Perquàm maturè pubescunt incolæ, senescunt tardè: quò fit, quòd longe ultra centesimum ætatis annum, viridi senectâ, non Americani tantùm, sed et ipsi Europæi, fruuntur, totumque adeò territorium MACROBIUM dici mereatur*.” Unde Poëta:

Felices nimiùm populi queis prodiga tellus
 Fundit opes ad vota suas; queis contigit æstas
 Æmula veris, hyems sine frigore nubibus aër
 Usquè carens, nulloque solum fœcundius imbre †.

Priusquàm

* PISO De Indiæ re Medica et Naturali.

† VANIER, Præd. Russ. p. 117.

Priusquàm vero, quæ fit calidioris climatis in morbis producendis potestas, explicare adgrediar, monere fas fit, rem, prout finunt Dissertationis limites, summis tantùm labiis degustandam, non penitùs exhauriendam. Neque, quamquam triennium jam in Medicinæ studio consumpserim, me rei absolvendæ impari esse fateri erubescam. Sed urgent Academiae leges, ut aliquid pro examine subeundo conscriptum afferatur: si aliquid ergo, quod in patriæ utilitatem referri possit, arripendum. Unicuique enim ante oculos patriæ bonum obversetur necesse est, medicis præcipuè, qui publicam civium salutem curare profitentur. “ In remediis præscribendis, inquit BAGLIVIVS, semper ante oculos habetui climatis naturam, tuorumque popularium temperiem; neque quidquam præscribas nisi prædicta calleas.”

Putabat cel. BOERHAAVIUS* hominem in temperie, quæ nonaginta scalæ FAHRENHEITIANÆ gradus excederet, vivere non posse.

Experimenta

* Elem. Chem. t. i. p. 103.

Experimenta verò à D. D. Du HAMEL et TELLET in Gallia, FORDYCE et BLAGDEN in Anglia perfecta, hominem magnos caloris gradus ferendi potestate præditum esse probant. Regionum calidarum incolæ 120° * sine ullo detrimento non rarò exponuntur, dummodo liquorum leniter stimulantium usu, transpirationem liberam servant †. Hominem vivum frigus sicut et calorem ex suo quasi fundo eliciendi potestate à Natura donatum creditum est, sed id transpirationi deberi à cel. FRANKLIN, qui CULLENI ‡ de frigore à fluidorum evaporatione producto experimenta confirmavit, probatum fuit. Calor enim laxiorem reddit cutem, spiramenta recludit, totum

* Thermometrum FAHR. hîc et in aliis hujus Diff. locis intelligimus.

† FRANKLIN'S Letters and Papers, p. 366.

‡ Essays and Observations, Physical and Literary, vol. ii.

tum corpus stimulat, intendit impetum et velocitatem sanguinis, molem expandit fluidorum, ficque perspirabilis quantitatem humoris ad postrema auget.

ALBINUS, HALLER atque HUNTER transpirationem tum insensibilem tum sensibilem ex aquea sanguinis parte per cutis poros exudare autumabant; sed opinionem hanc, nullâ analogiâ superstructam, periculisque in mortuis factis confirmatam, rejiciunt FORDYCE et CRUIKSHANKS, qui humorem perspirabilem ab arteriis extremis secerni, inque corporis superficiem per organa huic rei inservientia et cum arteriarum extremitatibus connexa perduci, existimant. Adest in hoc processu non solum separatio, sed etiam nova combinatio, in qua caloris absorptionem fieri refrigerationemque induci probabile est. Hinc quò calidior est aër, eò copiosior transpiratio, et varia humoris perspirabilis quantitas à SANCTORIO in Italia, DE GORTERO in Batavia, BRYAN RO-

BINSON in Hibernia, et KEILIO in Britannia observata*.

Ut nimiae perspirabilis humoris evaporationi, quae magnam induceret debilitatem, praeverteretur, Natura regionum calidarum incolis unctiusculum tenacemque sudorem indidit, qui cutem frigidam madidamque constanter fervando, æquum perspirationem inter et evaporationem libramen teneret. Hinc Veterum inunctiones apud Orientales adhuc in usu. Europæorum autem sudor, ex pura ferè lympa constans, in vapores facile solvitur: major igitur quantitas secernatur necesse est, quod debilitationem asserendo perquam injuriosum esse potest. Prætereà subita

ta

* Materiæ perspirabilis quantitatem æstimare tentarunt multi, sed cum oxygenii, quod per pulmones inspiratione absorbetur, nulla habita ratio fuit, eorum experimenta nullam sibi vindicant fidem. CRUIKSHANKS tamen cum huic rei animum adtenderet, ejus pericula accuratiora videntur, qui intra diem se plus quam libras septem transpiratione perdidisse, cum nulla exercitatione uteretur, in temperie 71°.

ta sudoris evaporatio easdem ferè in corpore mutationes, quas aëris vicissitudo producit. Cùm ex vaforum cutaneorum inflammatione perspirabilis humor nimis redditur glutinosus, lepram induci posse opinatur cel. DARWIN*. Ægrum leprâ laborantem se vidisse asserit vir clarissimus GREGORY, qui, veniente æstate, sanatus est cùm liberâ perspiratione fruere-
tur †.

Perspirabilem humorem in regionibus calidis acriorem esse, id est, materiâ salinâ magis abundantem contendit HILLARY; MOSELEY verò hunc aceti spiritui affiniorem esse, omnesque in habilibus non biliosis secretiones acidâ acritudine imbutas esse, testatur ‡.

Observatum à CELSO jamdudum est, eas five calidas, five frigidas salubriores regiones esse, in quibus tempestatum æquabilitas existit.

Nihil

* ZOONOMIA, vol. ii. p. 273.

† Audi Prælectiones Clinicas.

‡ HILLARY Introd. p. 6. MOSELEY, Tropical Diseases, p. 92.

Nihil humano corpori exitiosius, quàm cœlum mutabile, præcipuè si id subito variet, sicut in Magna Britannia ubi intra unius diei spatium major in aëris temperie discrepantia adest, quàm sub tropicis per integrum anni decursum contingit *. “ Tempestatum anni mutationes potissimùm pariunt morbos, et in ipsis anni tempestatibus magnæ mutationes aut frigoris aut caloris †.” Hujusmodi vicissitudines irritabilitatem insigniter augent, æquum inter diversas corporis secretiones et excretiones libramen destruunt, functionumque rationem ordinemque disturbant. In æstate vero et in regionibus fervidis, ubi minimas aëris temperies mutationes patitur, æstus corpus ad frigus vel levissimum sentiens adeo reddit, et irritabile, ut a levissimis causis, veluti caloris aëris mutationibus, violenter turbetur.

B

betur.

* MOSELEY in Tropicis Regionibus differentiam non esse plusquam 16 gradus F. scalæ.

† HIPPOCR. Aph. I. sect. 3.

betur. Irritabilitas æstu ità augetur, ut in Carolina Meridiana, testante CHALMERO, in æstate vesicatoria longè faciliùs, quàm in hyeme, strangurias dolorificas excitent *. “ Eam esse in India occidentali,” inquit HUNTER, “ glandularum, quæ salivam fecernunt, irritabilitatem, ut ptyalismus sæpissimè ex minima mercurii dose excitetur †.” Levissimæ aliquandò causæ magnas excitare turbas valent, si præviâ aliquâ ratione corporis irritabilitas exacerbata fuerat.

Hinc sordium in prima regione colluvies convulsiones in pueris sæpissimè inducit, quæ in adultis nonnisi levem cephalæam, nauseam aut diarrhœam produxisset. Hujusmodi mobilitas per minutissimas corporis fibras diffusa febres ardentes inducit: si verò pars aliqua præ cæteris afficitur, tunc phrenitis, catarrhus, cholera, hepatitis, dysenteria, &c. pro partis affectæ

* Account of the Weather, and Diseases of South Carolina, vol. i. p. 174.

† Diseases of Jamaica, p. 280.

affectæ natura, nascuntur. Exoritur plerumque cholera sine prodromis, sub finem æstatis vel initium autumnus. “ In Philadelphia,” inquit RUSH, “ medio Junio, eoque frequentia pariter ac vehementia solis fervori respondet. Ventriculo tanta est irritabilitas, ut potulenta etiam blanda illi noceant. Conferunt sedativa, potus mucilaginosi, enemata, cataplasmata, femicupia, opiata.”

Quæcunque igitur causæ irritabilitatem ab æstu exaltatam subito deprimunt exitiosos in homine effectus edant necesse est. Hinc insalubres anni tempestates, in quibus imbres æstuantem excipiunt solem: hinc morborum in terris calidis cohors, in quibus magna adest debilitas, quique ab auctoribus *putridi* vocari solent. Præter virium prostrationem adsunt inquietudines, deliria, vomitus, diarrhœæ, sudores profusi, exanthemata per cutem sparsa, &c. Febres, quæ tempus pluviosum in BENGALA antecedunt, rarò, afferente

rente CLARK, lethales evadunt; ingruente verò humiditate, exitiosæ maximè fiunt*. “Regio maritima Senegaliæ in Guinea,” inquit LIND, “per plures menses, ficca tempestate durante, nulli terrarum loco salubritate ac amœnitate secunda est, sed simul atque pluviosa tempora adventant admodùm infalubris fit †.” Plurimæ hinc contumeliæ in aëris humiditatem ab scriptoribus nullâ prægressi æstûs habitâ ratione, conjectæ, quatenûs asthmata, phthises, hydropes, putredinem humorum, et centena alia mala parturiat.

Exaltatæ per calorem vi nerveæ, et a frigore subitò depressæ aut mutatæ, adscribenduse ne tetanus est? Senescente fervido die, et nocte frigidulâ humidâque adventante, suboriuntur plerumque tetani sub tropicis regionibus. Mahometanum quendam, qui ex venire in frigidarium properaverat, vehementissimis

* CLARK on Long Voyages, p. 116.

† On Hot Climates, p. 53. HIPPOCR. Epid. l. 2. et 3.

tissimis omnium musculorum spasms correptum esse, a GIRDLESTONE accipimus. Simili fortassè ratione animi pathemata hunc morbum inducere videntur. Narrat MEASE, ætate anni 1787, fœminam viri adventu subito expergefactam, tetano correptam fuisse *. Incerta abripimur hypothesium voragine quancumque abstrusas morborum causas perquirere tentamus. Caloris in nervorum systema imperium non minùs certum, quàm explicatu difficile, phænomenon sistit.

Ab eminente fibrarum medullarium cerebri sensibilitate, cùm æstuantis solis radiis exuritur homo, numquid oriri potest phrenitis? “Milites fomno aut ebrietate capti,” inquit PRINGLE, “frequentius huic morbo obnoxii evaserunt †.” Ægris phrenitide laborantibus, quos CHALMERUS viderat, cutis sicca arida-

que

* MEASE on Hydrophobia.

† Diseases of the Army, p. 133.

que erat. Intenfiffimus, in fuperiori præcipuè corporis parte aderat calor, arteriæ adeò fortiter pulfabant, ut earum in temporibus pulfus mallei ictibus ægri compararent*. Hæc maximum arguunt exaltatæ irritabilitatis gradum, magnamque in cerebro fanguinis accumulationem. Curationis igitur cardo hinc vertitur, ut nervorum irritatio affopiatur. Hinc venæfectio, potus diureticus et diaphoreticus, laxantia, et balnea frigida, commendantur. Ægrum phrenitide laborantem, fe noviffè afferit cl. REIL, qui noctu ex lecto profiliens, et per avia difcurrens in puteum incidit, cujus aquæ collo tenuis immergebatur. Manè, febre, delirio, omnique morbo penitùs liberatus, ex puteo extractus eft †.

Furiofa deliria phrenitidem fimulantia, fynochas regionum calidarum fæpiffimè comitantur.

* Diseases of South Carolina, p. 105.

† REIL Memorab. Clinic. vol. 2. p. 200.

tantur. “ Plerumque cum tanto furore,” inquit BONTIUS, “ hęc mortales invadunt, ut tanquam attonnitos de ratione mentis statim dejiciant, et sæpè intra paucissimos dies, imò aliquandò horas, cum phrenitide ac continuo delirio ægros e vita rapiant. Adfunt perpetuæ vigilæ, vomitus varii coloris, præcipuè viridis ac æruginosæ bilis: externa rigent: calor internus cum ingenti siti vitales ac naturales facultates depascitur*.” Vetat orgasmus sanguinis universalis medicamina evacuantia †. Omnes amovendi sunt stimuli, sicca humectanda, immò sedativa, sicut salia media imprimis nitrosa exhibenda. Acida etiam conferunt vegetabilia, acidum scilicet tartari, citri, aceti, potus aciduli, &c. quæ febris vim compefcant, ac cordis arteriarumque irritabilitatem imminuant.

Intento

* De Medicina Indorum.

† HIPPOCRATES de Purgantibus.

Intento per calorem sanguinis circuitu, in partibus aut primitus debilibus, aut ex morbis infirmis congestio fieri facillimè potest. Hinc hæmorrhagiæ, inflammationes topicæ, apoplexiæ, &c. A vero abfimile non est bonam apoplexiarum partem, quæ in terris solis ardore exustis contingunt, ex sanguinis in visceribus hypochondriacis stagnatione exoriri. “Oppilationes,” inquit PISO, “illæ hypochondriacæ non immeritò Indiarum pestes habentur, cùm inter populares morbos, nulli tantâ vehementiâ dominantur, aut plures mortales e medio tollant*.” Id, ex infalubrium aquarum usu provenire putavit HIPPOCRATES †. Hujusmodi imi ventris indurationes communes cum brutis animantibus, ovibus præcipuè, testatur CLEGHORN, qui eas ex triplici causa, aquarum scilicet vitio, veneris

* Histor. Nat. et Med. lib. 2. c. 6.

† De Aëre, Aquis, et Locis, sub finem.

veneris abusu, transpirationisque excessu, progerminare autumat *. Nimia aut nimis frequens sanguinis detractio similiter nocere dicitur. Quæcunque igitur causæ viscera chylopoëtica aut debilia reddere, aut spasmo afficere, in iis quoque scirros inducere possunt. Relinquunt post se hæc oppilationes febres intermittentes malè curatæ: hinc præstantissimus in hisce febribus emeticorum usus, hæc enim non solum nociva ex ventriculo ejiciunt, sed etiam stimulando abdominaliaque viscera concutiendo profunt †.

Viscerum abdominalium obstructiones, liberum per venam cavam sanguinis circuitum impediendo, hæmorrhoidum fluxus, quibus regionum calidarum incolæ tantoperè plectuntur, inducere possunt. Jecinoris obstruc-

C tiones

* Diseases of Minorca, p. 76.

† Quarin. Method. medendi Febres, p. 125.

tiones iis originem præbere constat *. Salutarem hunc fluxum putant quidam СТАН-
 LIANÆ præcipuè doctrinæ sequaces. “How-
 ever frequent and troublesome,” ait CLEG-
 HORN, “the piles may be in this climate,
 they ought to be considered rather as a be-
 nefit of nature and a remedy, than as a mis-
 fortune or a disease; more especially as they
 prevent pleurifies and peripneumonies, ac-
 cording to the doctrine of HIPPOCRATES.”

Humores tenues qui in intestina fecerni de-
 bent, si ad cutem nimis copiosè derivantur,
 ut in calidis regionibus accidere videtur, tar-
 dam et ficcam alvum faciunt. Id eccoproti-
 cis removeatur oportet, ne morborum scatu-
 rigo deveniat. Alvi purgatio generalem cor-
 poris plenitudinem minuit, sanguinis cursum
 a capite divertendo, cephalæas et apoplexias
 in iis regionibus frequentes amovet; intesti-
 norumque

* DARWIN. Zoonomia, v. 2.

norumque motum restituendo, fordesque eliminando, febres putridas, oppilationes, &c. avertit. Hinc de calidarum regionum morbis scriptores, in variis morbis tractandis, alvum ciendi necessitatem, majorisque in hunc finem, quàm in frigidis plagis, quantitatis purgantium, veluti calomelanos, dosin præbendi, agnoscunt.

Vidi quàm plurimos typho graviori laborantes, clysteribus ex infuso capsici per anum injectis, in cymba CHARONTIS jam hærentes ad vitam revocatos. Afferit WRIGHT, post calomelas sine ullo in typho icterode effectu ministratum, capsici pilulas mirificè profuisse: “ We did not, however, despair; we gave capsicum pills with the most marked success; and even where melæna, or the black vomit, had taken place, the capsicum has snatched the patients from the most imminent danger*.”

Catarrhus,

* Annals of Medicine for the year 1797.

Catarrhus, pneumonia, rheumatismus acutus, aliique morbi inflammatorii rarissimi in tropicis plagis. Cùm enim ex aëris temperiei five ex calida in frigidam, five ex frigida in calidam mutatione præcipuè originem ducant, in iis quæ temperiei æquabilitate polent rari evadant necesse est. Adfunt hisce in morbis sæpissimè affectiones topicæ earum corporis partium, quæ magis expositæ fuêre, *e. g.* membranæ narium fauciumque, in catarrho ; bronchiorum et pulmonum, in pneumonia ; extremitatumque in rheumatismo. Lenem in Jamaica morbum rubeolam testatur HUNTER. “ The disease appeared greatly mitigated by the warmth of the climate, which lessen the disposition to inflammation, particularly in the breast. Something analogous to this is to be observed in England ; the measles are milder in the warmer months, and are much less apt to affect the breast dangerously at such times, than in the winter or spring.”

spring *.” Quæcumque igitur de insigni beneficio à sanguine liberè missò in calidis regionibus dicta fuerint, in eo cautus esse debet omnis medicus, qui morbos illic in asthenicam facillimè ruere diathesin novit, ubi corpora propter nimias secretiones maximè relaxata inveniuntur. Nihil in locis Septentrionalibus ad morbos acutos debellandos, et ad crisin in morbis quibuscunque inflammatoriis inducendam præstantius, quàm sanguinis è naribus stillicidium, hoc tamen propter summam quam afferret debilitatem in regionibus calidis optandum minimè est. Illud itaque BONTII memoriâ tenendum est: “ Sin autem quantitate nimiâ sanguis luxuriet; sine mora vena media pertundenda est, habitâ semper rectâ ratione virium, quî in his regionibus propter aëris ambientis calorem, et evaporationem spirituum assiduam, homines, præsertim ægri, debilissimi fiunt. Hinc, ut obiter

hoc

* Diseases of Jamaica, p. 299.

hoc dicam, non facilè, nisi, in summa necessitate, ad venæsectionem descendo, quòd corpora nostra mollia, et à calore supradictò effœminata, istam evacuationem non facilè tolerant *.”

Frequentiores in Brasilia pleuræ inflammationes, sed ne pleuritis pro hepatitide accipiatur, vereor. Jecoris enim inflammatio symptomata exhibet ambigua, et sub pleuritidis specie non rarò latet. Apud GALENUM † ejusmodi exemplum legitur: “ Siculus,” inquit, “ medicus hepatis inflammatione laborans, cùm punctiones ad costas nothas, tussimque et respirationis difficultatem advertisset, credidit se pleuritico tentari morbo, qui tamen circumspectis omnibus planum fecit, non pleuram, sed hepar esse affectum.” Hujus generis exemplum narrat CLEGHORN ‡. Signa itaque

* Hist. Nat. et Med. lib. ii. c. 4.

† De Loc. Affect. lib. v. c. 7.

‡ On Diseases of Minorca, p. 250.

itaque diagnostica depromuntur ex eo, quòd in hepatitide hypochondrii dextri tensio et gravitatis cujusdam sensus adfit, ejusdemque lateris dolor, primùm quidem obscurus, brevi tamen molestior, jugulum versus lancinans in summo humeri sentitur. Tussis adest sicca, et ut ARETÆUS rectè monet: Tussiendi tantum cupiditas, vel si ea fortè expleatur, nihil humoris secum trahens*. Color faciei subfuscus, luridus et quasi plumbeus, nonnunquam autem ad flavedinem vergens: decubitus in latus sinistrum semper difficilis, et presso hypochondrio dextro, dolor ad humerum etiam auctus, tensionem ejusdem lateris insignem et plerumque tumorem comitem habens, atque ingenti gravitatis sensu stipatus. Quæ omnia in pleuritide diversa sunt, dolor enim plerumque acutus in sinistro æquè ac in dextro latere accidit, et circa sextam, ut plurimùm, vel septimam

* De Causis et Signis Acutorum Morborum, lib. ii. cap. 7.

septimam costam veram sedem figens ad dorsum sæpè et sternum, sed nunquam ad jugulum et summum humeri lancinat: tussis vehemens, dolentissima, ab initio plerumque ficca, morbi verò progressu materiam crassam, viscidam, sæpè sanguine striatam rejicit: vultus nonnunquam ruber, oculi nonnihil inflammati: decubitus in latus affectum plerumque, sæpe autem in utrumque æquè molestus; pressio latere, dolor minimè ingravescens; tensionem et ponderis sensum rarissimè præbens.

Humores in regionibus calidis ad putredinem maximè proclives quamplurimi continent auctores. Hinc opinioni originem dedisse videtur illud BOERHAAVII experimentum, quo canem in camera ad gradum 146° calefacta includendo, observatum fuit, intra horæ quadrantem salivam ingenti copiâ profudisse animal rubellam prorsus, foetentemque adeò, ut nemo præsentium illi ferendo esset. Sed eadem à D. BLAGDEN repetita pericula,

canem

canem in camera ad 236° exponendo, nulla eorum, quæ observârat BOERHAAVIUS, phænomena exhibuêre. Hinc, inquit ille, concludere fas est in inferiori cameræ parte adfuisse gas mephiticum, atmosferico aëre gravius, quod illos ediderat effectus.

Soluta sanguinis compages fallax putredinis signum. Percelebris vir HUNTER sanguinis coagulationem rem muscularis fibræ contractioni simillimam ab eaque pendere existimat. Hinc quæcumque solidi vivi irritabilitatem intendunt aut minuunt, sanguinem etiam magis vel minus coagulabilem faciunt, sic eorum, qui fulgure, electricitate, colaphis stomacho illatis, violentis animi affectibus, aut nimia fatigatione exhausti occumbunt, nec muscoli contrahuntur, nec sanguis coagulatur. Prætereà in iis, qui putridi vulgò putantur morbi, coagulatum sanguinem sæpissimè visum, nullumque putredinis signum exhibuisse com-

pertum est. “ I have known,” inquit FERRIAR, “ a person in the second week of a confirmed typhus, when there was great prostration of strength, delirium and a very feeble pulse, discharge near a pint of pure blood by stool in the course of one night, with evident relief. The common theory, which supposes a dissolved state of the blood in what are called putrid disorders, could not have place in this instance, for none of the usual appearances of putrescency were present *.”

Fatentur qui MASSILIENSEM pestem descripsere auctores, in omnibus, quæ dissecta fuere, cadaveribus sanguinem nihil insoliti ostendisse †. Idem de febre icterode et scorbuto asserunt LIND et ROUPPE.

Petechias in febribus magnum dissolutæ sanguinis compagis indicium crediderunt quamplurimi,

* FERRIAR's Medical Histories, vol. ii.

† Traité de la Peste, part i.

plurimi, ideóque epispastica vetant utpote quæ dissolutionem gangrænamque inducerent. Aliter putat vir clarissimus DARWIN, venarum extremitates torpore correptas vitalem laticem non eâ, quâ decet, celeritate transmittere, ideóque sanguinem in capillaribus stagnando ea rumpere, atque in telam cellulosam exudare *. Quod ad putredinem attinet, sic se exprimit idem: "Some writers have gone so far as to believe, that the blood itself in these fevers has smelt putrid, when drawn from the arm of the patient; but this seems not well founded; since a single particle of putrid matter taken into the blood can produce fever, how can we conceive that the whole mass could continue a minute in a putrid state without destroying life? Add to this, that putrid animal substances give up air, as in gangrenes; and that hence, if the blood was putrid, air should be given out,

which,

which, in the blood-veffels, is known to occa-
fion immediate death *.”

Febres autem petechiales non effe adeò fre-
quentes in regionibus calidis, ut vulgò credi-
tur, testatur MOSELEY: “ I fcarcely remem-
ber to have feen a fever accompanied with
petechial, or purple fspots, in the Weft Indies,
where the circulation had not been forced
with cordials and hot regimen; and it is very
uncommon to find the parts livid, or gangre-
nous, where blifters have been applied, unlefs
when the patient has not been properly eva-
cuated in the beginning of his difeafe: or in
fome grofs habit, where the folids and fluids
were previously in a ftate of difeafe and cor-
ruption †.”

Bilem putridam, acrem, rancidam, multi
accufant auctores; fed accurata cel. SAUN-

DERI

* Vol. i. p. 397.

† Pag. 94.

DERI experimenta, bilem ex omnibus animalium fluidis difficillimè tardissimèque putrescere, et contrà tali in substantiis animalibus corruptioni fortiter obstare, planè ostenderunt. Nos itaque bilis sicut et aliorum humorum in homine vivo putredine in dubium revocantes, quæ de ejus spissitudine, tenuitate, ranciditate, &c. loquuntur auctores, tanquam mutationes in primis viis accidentes spectamus.

Bilem febrium causam esse, antiquissima opinio, nunc penitùs obsoluit; in morbo enim arquato per totum diffusam corpus sine ullis pyrexiaë signis sæpissimè videmus: et cùm in febribus bilis abundat, ejus effectus non causa esse videtur. Nausea maritima vel sanissimos corripit homines ab omni materiaë peccantis suspicione immunes, vomitusque excitatus ingentem ex hepate bilis copiam emulget. Ipsa vomitoria sano homini propinata simili ratione bilem, ac quædam salogoga salivam, provocant. Ancipiti itaque consilio
emetica

emetica a medicis exhibentur, cùm bilem vomitoriorum ope evacuare student.

Variæ sunt, quæ de venæ portarum in præparanda bile functionibus, theoriæ efformatæ, quæ HUNTERI et SAUNDERI experimentis confirmatæ non sunt; hi namque nullam in sanguine diverforum venæ cavæ ramorum discrepantiam invenisse fatentur. Excidit Doctor SAUNDERS lien canis, qui paucas post septimanas, (cùm per totum hujus temporis spatium integrâ valetudine frueretur), in hepate et vesica fellis talem continere bilem inventus est, qualis ab eorum, quibus lien integrum erat, canum bile distingui non potuisset. Alii contrâ in animalibus, quibus lien excisum erat, pallidam bilem, phlogisto inopem, ejusque lymphaticam partem in grumos coactam invenerunt*. Testatur D. ABERNETHY se exemplum vidisse, in quo vena portarum

in

* SCHULZE, de Splene Canibus exciso, 4.

in cava, quin hepar adiret, directè terminabatur, et tamen vesica fellis perfectam continere bilem videbatur.

Experientiâ constat, in regionibus calidis uberiolem fieri bilis secretionem, variosque tam chronicos quàm acutos morbos, inter quos eminent cholera febrisque flava, majori *cholopoesi* stipari. Sanè, cùm reliqua omnia organa secretoria nonnunquam excessu secretionis laborare videamus, idem hoc vitium in hepate, viscerum maximo, contingere verisimile est. Quæ sint verò causæ, quæ hepatis secretionem augeant, decernere perquàm difficile est. Uberiolem bilis secretionem theoreticè consideratam ex duplici oriri causa probabile est: vel ab excessu carbonii hydrogenique in sanguine hospitantium, vel a minori oxygenii quantitate per pulmones cutisque poros recepta, quàm ut carbonio hydrogenioque ex sanguine abstrahendis par sit. Hinc, quæ carbonio hydrogenioque abundant, bilem

lem augere reperta sunt ; multus scilicet cibus, carnes imprimis et pingua, oleosa, ova, legumina, potus fermentati, opium *. Hinc ratio reddi potest, cur Hispani Lusitanique in America Meridionali degentes multò minùs morbis biliosis plectantur, quàm Angli, qui victui animali spirituosisque liquoribus liberiùs indulgent.

Indigenarum diæta, eorum in victu temperantia, modicus rerum, quæ materiem ad exardescendum facilem continent, usus illos morbis biliosis minùs obnoxios reddunt.—
 “ The inhabitants,” inquit HILLARY, “ who live temperately, and are prudent in the use of the fix non naturals, if they have tolerably good constitutions, live to as great an age as the Europeans. Some have died here lately, who were above 100 years old ; but those who live *irregularly*, and are *too free in the use of vinous and other spiritous liquors*, generally
 hasten

* MURRAY App. Med. vol. iii. p. 231.

hasten their end more expeditiously, than they who live in the same manner in Europe.” Idcirco etiam mulieres in India occidentali fecundiori, quàm homines, sanitate fruuntur: “It is a circumstance universally remarked, that there is a great difference in the degrees of health enjoyed by the men and the women in the West Indies, I mean Europeans and their descendants. The life of a woman is at least twice as good as that of a man. This is owing to their keeping within doors, or going out only in the cool of the morning or evening; and to their using no violent exertions in the open air, &c. and by their *regularity* and *temperance**.”

Denique, quæcunque in corpore causæ adipis secretionem augent, uberiores etiam bilis secretionem inducunt; bilis enim partes componentes ab illis, quæ pinguedinem constitu-

E

unt,

* HUNTER on the Diseases of Jamaica.

unt, non multum discrepant *. In statu enim corporis naturali, secretionem vel bilis vel pinguedinis auctâ, altera semper imminuitur. Hinc ea pinguedinis absorptio ab auctoribus observata, quam ferè semper profluvium bilis immodicum excipit †. “ Adiposi,” inquit REIL, “ nonnunquam in febre subito marcescunt, urinam pelle variegatâ notatam, et sudorem olidum, dimittunt.” Hinc obesi in calidis regionibus morbis biliosis non adeo obnoxii sunt; in adipem enim convertitur, quæ bilem efficeret, materies, ideoque hepatitis scirro, aliisque morbis, qui potius ex bilis defectu, quàm ex uberiori *cholopoesi* progerminant, plectuntur ‡.

Possunt

* Vide FOURCROY, Expériences sur la Bile, et VANQUELIN sur la Foie de Ray: Annales de Chimie.

† VAN SWIETEN, HUXAM, CLEGHORN, &c.

‡ MORGAGNIUS, Epist. 35, 57, &c.

Possunt quidem hæ causæ bilis rudimenta præter naturam augere ; sed cùm ad bilem parandam hepatis labores desiderentur, aliæ sint causæ necesse est, quæ in hepar agere debeant. Calor fortassè jecur stimulando viscerumque abdominalium mobilitatem intendendo, ut major bilis quantitas fecernatur, efficere potest. Hæc tamen vixdum explorata sunt ; faxitque DEUS ut ea aliquandò innotescant, ut bona morborum pars, quibus regionum calidarum incolæ tantoperè afflicuntur, avertatur.

F I N I S.

foliis quidem hoc casu bilis rubra
pariet utrumque augere; sed cum ad hanc
parandam hepatis labores debentur, et
huc causa nocella est, que in hepate agere de-
bet. Color fortis, per stercoribus
conspicue stercoribus, asphaltenis inter-
dum, ut vixit tunc puriora fecerunt
ellicere potest. Hinc tamen vixum exple-
tas sunt, tuncque Daus de es aliam.

ERRATUM.

Pag. 29. lin. 6. *pro putredine lege putredinem*